

turum, et quamvis iam aetate is onustus*, vero tamen verae Benedictinae religionis zelo plene erat vegetus. Emenso interim cum fructu et plausu Argentorati studiorum curriculo domum reversus paulo post ob continuos belli turbines (Ludovico XIV., Galliarum rege, eos causante ac patriam nostram longe lateque depopulante, igne ferroque devastante) reliquis in exilium abeuntibus ille patriam tellurem adibat, ubi apud rev. patres Dominicanos** primitias celebravit. Recto utrinque postliminio armorum strepitu et obtenta pacis tranquillitate ad monasterium remeavit. Ab abbate Paulo, Mauri successore, oeconomiae admovetur. Eo officio praeter alia videlicet magistri novitorum et tam philosophiae, quam theologiae professoris, insuper et prioris munere quot annis strenue perungebatur. Demum abbate Paulo mortalitatem exuente anno domini 1710 aetatis 31^{mo}, die 2 Martii dissidentibus primum eligentium conventualium animis tertio tandem in scrutinio abbas fuit proclamatus. Benedictus vero die 21 Martii¹ eodem anno a rev. domino Augustino Müller, abbate imperialis monasterii Gengenbacensis de mandato rev. dom. ordinarii hoc in actu ac in dicta electione loco fati rev. d. ordinarii praesidente ac commissario episcopali***. Factus abbas Joannes Baptista ipso adhuc anno numerum religiosorum auxit ac intra breve temporis spatium eundem fere ad 30 perduxit; praedia et alia bona permulta coëmit; variis insuper transactionibus et permutationibus habitis commissum sibi completavit coenobium. Bibliothecam quoque ultra quindecim millibus librorum augmentavit, laudabili studiorum hoc ac scientiarum ardore cunctos superans antecessores, quicquid il copiose alias per priora saecula in litterarum penum condidere. Monstrantiam insuper duplicem² ex argento tam arte conspicuam quam gemmis pretiosam et splendidam de novo confici curavit. Turri campanariae tres adhuc apposuit campanas, quarum una quoque eiusdem nomine et insignibus apparet notata, harum major habet octodecim centipondia (Centner) et libras aliquot. Sacroque suppellectili praeter alia indumenta sacerdotalia, tria insuper ornamenta, unum violacei, alterum albi coloris, utrumque ex serico aureis intertextis floribus, tertium ex holoserico rubei coloris addidit³. Nomen et titulum protonotarii apostolici et comitis palatini sibi quidem, non vero successoribus acquisivit, ea de causa suis insignibus medio inter mythram et baculum pastorem intexit coronam. Altero illius⁴ regiminis, anno videlicet 1711, ipso absente circa mediam noctem aestivo tempore subito hic orboritur incendium (auctore in hodiernum usque diem incognito) molendinum inter, officinam scriniariam bibliothecamque veteris coenobii, toti monasterio excidium irremediabile minitans. Accurritur undique, profluens Undizae fluviolus

intromittitur, laboratur strenue, at incassum omnis labor et sudor, flammis interea mire continuo in immensum succrescentibus, quibus praeter cunctam rei familiaris substantiam et domicilium omne una cum ecclesia certo certius in cineres et favillas¹ fuisset redactum, nisi desuper auxilium supervenisset: quod sic contigit: Humana ope penitus destituti ad divinam implorandam confugimus. Capto igitur salubri consilio ad vocem cuiusdam adstantis scapulare quoddam Carmelitanum, quod rev. pater Sebastianus Knab⁵, huius loci professor frater, pro tunc e collo pendens sibi detrahit, in ignem tradidit proiciendum. Et hem experimentum almae protectricis monasterii nostri, deiparae virginis Mariae! Vix sacrum hoc signum flammam attigit, easdem et compesuit ita quidem ac si ingenti vehementique sopitum fuisset incendium imbre, ex quo periculum omne foras missum ibat. Luce demum altera circa septimam matutinam me patre Carolo Will, professo Ettoniano, praesente et adstante idem ipsum scapulare et prunis eruitur candentibus integerrimum, in quo neque minimum fuit ustum aut maculatum solum, tantum vero fumi odorem edebat, ut, qui manibus id tetigerat, diu eundem odoraret. Asservatur hodie adhuc illud ipsum scapulare, et sane mirandum, cum tanto inter flammam tempore manserit innoxium atque illaesum². Stupendi huius facti specie ad sacrosanctum pro tempore existentem papam Clementem XI, delata, ad petitionem rev. abbatis facile concessit pontifex³ per bullam, cuius initium: „Cum sicuti accepimus etc.“**⁴, ut eius auctoritate in debitam gratiarum⁴ actionem cultumque promovendum⁵ erga beatissimam virginem confraternitas sancti scapularis s. Mariae⁶ de monte Carmelo cum annexis privilegiis, dictae confraternitati alias a summa sede factis, in perpetuum duratura⁷ institueretur, quam dein anno 1712 subsequenti sollemnissime instituit idem Joannes abbas hic in ecclesia claustrali. Incidit in eadem pene tempora gravis inter pecora lues et quasi⁸ pestifera*** circumiacentem viciniam horribiliter depopulans, qua ne et nostra contaminaretur ditto, divino (ut credibile est) instinctu edicto statutum⁹ abbas, ut imposterum nota illa oratio¹⁰, quae incipit¹¹: „stella coeli extirpavit etc.“ cum sua collecta ad beatissimam virginem contra pestem dici solita perpetuis subsecuturis temporibus ter per diem in choro, videlicet post laudes, vespere, et completorium devote dicatur. Unde factum, ut intercessione eiusdem almae virginis aurnumquam sit corrupta, sed perstiterit continuo sana. Memo-

¹ Martii eiusdem mensis eodemque, Conc. ² Fehlt im C. ³ Von Turri — addidit fehlt im C. ⁴ illius, fehlt in R.

* Muck war damals (1686—1704) 62—64 Jahre alt. Gerbert hist. Silvae Nigrae II. d. 530 gibt eine Stelle aus Muck's Werf, wonach er 1702 Superior in Straßburg war.

** In Freiburg i. B.

*** Von Abt Johann Bapt. Will befinden sich noch viele Briefe, Concepte und Aktenstücke im Landes-Archiv. In der H. Nr. 325^b sind von 1710—54 Briefe des Abtes Will, des General-Bicars Tual, des Canslers Halveren, des Abtes Augustin Müller von Gengenbach und des Cardinals Cajetan Sforza.

¹ favillam, C. ² illaesumque, C. ³ licentiam, C., ohne pontifex; licentiam fehlt in R. ⁴ gratiarum debitam, C. ⁵ cultumq. pr., fehlt im C. ⁶ s. Mar., fehlt im C. ⁷ ist im C. ausgestrichen. ⁸ et quasi, fehlt im C. ⁹ statutum edicto, R. ¹⁰ oratio illa, ohne nota, R. ¹¹ quae incipit, fehlt im C.

* Dessen Lebensgeschichte, von K. Will verfaßt, folgt unten.

** Diese Bulle hat Will in seinem neuaußgerichteten Jahrbuche S. 16 folgd. ganz mitgetheilt, nebst der Bestätigung des General-Bicars, Wilhelm Tual.

*** Heber eine ähnliche Viechseuche berichten die Gengenbacher Annalen des Placidus Thalmann beim Jahre 1681 ausführlich und Will in f. Jahrbuche S. 108 ad an. 1732 abermals von einer solchen, welche ganz dieselben Erscheinungen zeigte, wie die in Gengenbach 1681 beobachtete. Eine dritte Seuche unter dem Hornvieh erzählt er beim Jahre 1735.